



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Tractatus Beneficiarivs, De Natura & Speciebus Beneficii Ecclesiastici: Item Simonia, pessima Beneficiorum Emprice**

**Biesmann, Caspar**

**Coloniæ Agrippinæ, 1696**

Caput IV. Alia Beneficia sunt electiva, alia Patronata, alia optata, alia libera, sive liberè collativa.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42013**

## CAPUT IV.

*Alia Beneficia sunt electiva, alia Patronata, alia optata, alia libera, sive liberè collativa.*

**E**X quadruplici modo acquirendi Beneficia, rectè eadem divides in electiva, patronata, optata, libera, seu liberè collativa. Electiva dicuntur, quæ conferuntur per liberam electionem v.g. Capituli, vel etiam postulationem, quâ is postulatur ad beneficium, qui non erat de Capitulo, vel non erat de jure capax beneficii: & subsequentem legitimi superioris confirmationem, cognitâ prius electi aut postulati idoneitate. Et hac ratione Ecclesiarum Prælati ferè institui, hoc est, in plenum jus suæ Prælatu-  
Quæ dicuntur & sint electiva.  
Quid sit instituere, conferre, sive investire ad beneficium.  
 raturæ statui solent. Nam aliquem in beneficium instituere, est illum in plenum jus beneficii statuere. Sunt autem ejusdem ferè significationis apud Theologos & Canonistas, instituere in vel ad beneficium, item conferre beneficium, aut investire beneficio, sive ad beneficium. Hæc  
**B** enim

26 De Natura & Speciebus

Quid destitue-  
re seu  
devestire.

Electio  
quale jus  
tribuat ele-  
cto.

enim omnia significant alium pleno jure beneficii donare, & veluti ornare; non secus ac ille, qui speciosâ veste induitur. Sicuti destituere & devestire, est alium jure, quod habebat in beneficio, privare. Neque ille, qui habet potestatem instituendi, semper habet potestatem destituendi. Imò strictè loquendo solæ Prælaturæ, in quibus quis instituitur, ut sit caput, & quasi sponsus Ecclesiæ secularis, aut regularis, propriè beneficia electiva dicuntur, ut notat Laym. ex Azor. tom. 2. lib. 6. cap. 14. q. 2. Cæterùm duo in præsentī materia sunt advertenda. Primò ipsam electionem non tribuere jus in re, & quasi dominium beneficii, sed tantum jus ad rem; adeoque, si electus ante confirmationem moriatur, beneficium vacabit non per hujus, sed prioris Prælati mortem: accedente autem confirmatione legitimi superioris acquiri plenum jus in beneficio. Unde electus & nondum confirmatus beneficii administrationem usurpare non debet. *C. Nosti C. Qualiter*; alioquin privatur jure per electionem quæsito. *C. Avaritia eodem in 6.* nisi fortè electo competat administratio ex privi-

privi-

privilegio aut consuetudine. Prout ante confirmationem à Sede Apostolica allatam propter necessitatem Ecclesiæ, conceditur administratio Prælatis Pontifici immediate subjectis, extra Italiam electis: eâ tamen lege, ut nihil omninò alienare possint. C. 44. de elect. Neque consentur electi & nondum confirmati priora beneficia vacare, quia nondum habet plenum jus in beneficio, ad quod electus est. Deinde debet electus intra mensem à die, quâ electio sibi sufficienter intimata est, in eam consentire, nisi forsan ea sit conditio personæ electæ, ut electioni de se celebratæ absque superioris sui licentia, ex prohibitione seu quavis provisione Sedis Apostolicæ consentire non possit: & nisi legitimo impedimento excusetur, intra trimestre, sive trium mensium spatium confirmationem petere, alioquin electio erit irrita, C. quam sit Ecclesiis de elect. in 6. Sunt autem tres modi eligendi. Primus est eligere per scrutinium, sive collectionem suffragiorum & in hac eligendi forma major & sanior pars Capituli in eundem consentire debet. C. quia propter: Proinde si major sit numerus

Quid præstandum electo, ne electio fiat irrita.

Assignantur tres modi eligendi. Primus est per scrutinium.

Quæ cen-  
tur major  
& sanior  
pars Capi-  
tuli, & quid  
hæc in ele-  
ctione pos-  
sit.

Electio per  
scrutinium,  
in qua ma-  
ior pars eli-  
gentium  
non con-  
sensit in u-  
nam perso-  
nam, pote-  
ritne fieri  
valida per  
accessionem  
consensus  
aliorum.

eligentium ex una parte, non ta-  
men cum notabili excessu; minor  
autem ex altera eorum, qui tum  
authoritate, tum etiam capacitate  
prudenter iudicandi de meritis e-  
lecti (quod maximè spectari debet)  
saniores esse censentur, poterunt  
hi secundum jus commune infir-  
mare electionem, *Gloss. in cap. Ec-  
clesia. 2. ver. non consenserit.* Dixi  
non cum notabili excessu. Nam  
contra eum, qui à duplo majori  
parte electus est, nihil à reliquis  
opponi potest: nisi fortè interve-  
nissent aliqua, è quibus electionem  
nullam fuisse probari posset, ut si  
forma substantialis electionis ser-  
vata non fuisset, aut ipse electus ex-  
communicatus esset, &c. *C. si quan-  
do de elect. in 6.* Dicta electio per  
scrutinium facta jure communi  
nulla est, si major pars eligentium  
in unam personam non consense-  
rit, nec potest convalescere, id est,  
valida fieri per accessionem con-  
sensus aliorum, sed novum scruti-  
nium fieri debet, *C. auditis de elect.*  
Poterit tamen electio summi Pon-  
tificis convalescere per aliorum ac-  
cessum, si efficiat duas partes eli-  
gentium, *C. Licet de elect. in 6.* Al-  
ter modus eligendi fit per compro-  
missum.

missum.

missum, quando nimirum Capitulares, qui jus habent eligendi [ hi enim omnes ad electionem vocandi sunt, *C. quod sicut de elect.* modò absentes commodè vocari possint attentis circumstantiis & consuetudine Ecclesiæ, prout docet *Gloss. & Abb in C. coram de elect.* Imò in casu infirmitatis suffragium ab ægro exquirendum est, *Sylvest. ex communi verb electio* ] committunt uni aut pluribus viris timoratis ac Deum timentibus, iisque Clericis, *C. contingit de Arbitris*, potestatem eligendi idoneum Prælatum. Unde compromissum est simultanea partium inter se dissidentium promissio, quâ suâ sponte ad aliorum arbitrium suam remittunt controversiam, putâ dubiam inter Capitulares idonei Prælati electionem. Et quidem si ex compromissariis unus à reliquis electus, eorum electioni consentiat, assensus ipse in numero majoris partis suffragiorum computabitur, quod etiam locum habet in electione, quæ palam fit. Me enim in aliorum electionem consentiente, tuus consensus in numerum suffragiorum veniet: non autem in scrutinio secreto, quia in prioribus ca-

Alter est modus eligendi per compromissum.

Ad electionem an jus habeant absentes, aut ægri

Explicatur, quid sit compromissum.

An consensus electi per compromissum, vel etiam per scrutinium publicum, habeat vim suffragis.

Compromissum dupliciter fieri potest.

Tertius modus eligendi est quasi per inspirationem divinam, & quid sit ita eligere.

An qui eligi non potest, postulari possit.

sibus electus se principaliter non eligit; Sicuti fieret in scrutinio secreto, sed aliis prius eligentibus consentit. Qui consensus ex dispositione juris vim suffragii obtinet. Potest autem compromissum fieri duobus modis, idque vel cum limitatione, ut compromissarii secreto & seorsim singulorum voluntatibus exquisitis, illum eligere teneantur, in quem major & sanior pars Capituli consentit, *C. cum expediat de elect. in 6.* vel simpliciter & absolute dando ipsis potestatem eligendi, quem volunt, modò idoneum eligant. Tertius modus eligendi est quasi per inspirationem divinam, dum omnes electores uno veluti corde & ore in eundem, nullo vitio interveniente, consentiunt, *C. quia propter.* Advert. 2do, eum, qui eligi non potest, v.g. ob defectum legitimæ ætatis, vel ordinis sacri ad Prælaturam requisiti, vel natalium, &c. Si defectus sit facile dispensabilis, postulari posse. *Abb. C. ult. de postulat. Prælat. n. 10* Sic Episcopus legitime confirmatus, ad alium Episcopatum eligi non potest propter spirituale matrimonium, quo Ecclesiæ suæ copulatus est; postulari tamen potest,

test,

test, C. ult. de post. Pralat imò etiam eligi, si pri ori Episcopatu legitimè renuntiet. Quia jam cessat ratio spiritualis matrimonii, utpote per renuntiationem dissoluti. Discrepat autem postulatio ab electione, quod electus, si idoneus est, jus ad rem acquirat, adeoque ab eo, ad quem confirmatio spectat, confirmari debeat: postulatus vero nullum jus acquirat, ac proinde postulatio ejus ab eo, cuius est confirmare, rejici possit. Nam ad specialem gratiam faciendam qualis esset confirmare, non habenti jus ad Prælaturam, nemo cogitur. Si tamen postulatio concors, vel saltem à duabus partibus Capituli propter Ecclesiæ necessitatem vel utilitatem fiat, debetur quodammòdo Ecclesiæ concessio & confirmatio postulati. *Gloss. in C. cupientes prope finem Ver. Gratia de elect. in 6. &c.*

Patronata Beneficia sunt, quæ ad præsentationem Patroni, per quam præsentatus acquirat jus ad beneficium, ita ut illud alteri conferri nequeat: item legitimi superioris institutionem, vel ut alii vocant, collationem aut investituram, qua datur jus in beneficio,

In quo discrepet postulatio ab electione, & in specie an tribu t jus ad beneficium.

Quæ dicantur beneficia Patronata.



Item quis  
Patronus.

plenè obtinentur. Porro Patronus ille dicitur, qui habet jus nominandi seu præsentandi aliquem, à legitimo superiore instituendum ad beneficium Ecclesiasticum vacans. Si enim non vacat, est irrita non modò ipsa præsentatio, verùm etiam promissio præsentandi alicui specialiter facta; imò & commissio facultatis præsentandi determinatam personam ad beneficium proximè vacaturum, *C. ult. de concess. Præbend.* utpote quæ præbere possent occasionem procurandæ mortis alienæ. Ipsum autem jus præsentandi dicitur jus advocatiōnis seu patronatûs. Hoc jus acquiritur *juxta Trid. Sess. 14. c. 12. de reform.* tribus modis, fundatione, ædificatione, & dotatione, juxta receptum versum: Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus. Fundare dicitur, qui fundum donat, in quo Ecclesia cõstruitur, ædificare, qui eandem exstruit, dotare, qui annuos redditus sufficientes assignat pro ministrorum & luminis sumptibus, *Glossac. quicumque 30. causa 16. q. 7. ex cap. nemo, de consecrat. dist. 1.* Videtur autem ille, qui Ecclesiam construit, esse quoque obligatus ad eam dotandam, si nemo

Quid jus  
Patronatûs.

si nemo alius eam dotet. Quia Ecclesia sine dote conservari non potest, *C. cum sicut de consecrat. Ecclesia.* Erit proinde ejusdem Ecclesie unus Patronus, si idem fundavit, construxit & sufficienter dotavit: Plures autem, si unus fundavit, alter exstruxit, tertius competentem dotem attribuit, tametsi singuli inaequaliter ad fundationem, aedificium & dotem ejusdem Ecclesie concurrerint, *Glossa in Summar. d. 63. ver. laici. vid. Garciam, p. 5. c. 9. n. 52. & seq.* Est Et quotu-  
 autem jus Patronatus duplex, Ec- plex.  
 clesiasticum scilicet & Laicum.  
 Prius est, quod Ecclesiasticae perso-  
 nae competit, vel ratione dignita-  
 tis, aut beneficii, quod possidet, v. g.  
 quia est Ecclesie Episcopus, Deca-  
 nus, &c. vel ratione fundationis,  
 aedificationis, dotationis, quaefecit  
 ex bonis Ecclesiasticis. Laicum est,  
 quod competit personae sive laicae  
 sive Ecclesiasticae ob factam funda-  
 tionem, aedificationem, &c. ex bo-  
 nis propriis, ut patrimonialibus,  
 &c. Transit autem Patronatus lai- Quâ ratio-  
 cus in Ecclesiasticum, si donatione, ne Patrona-  
 testamento, aut aliâ ratione in Ec- tus laicus in  
 clesiam, aut Monasterium transfe- Ecclesiasti-  
 ratur, vel alicui beneficio annexa- cum, & hic  
 tur, in laicum

transire  
possit.

Assignantur  
discrimina  
inter Patro-  
natum lai-  
cum & Ec-  
clesiasticū.  
Quantum  
temporis  
concedatur  
utrique Pa-  
trono ad  
faciendam  
præsentati-  
onem.

Quæ ratio-  
ne juri utri-  
usque dero-  
getur.

tur, *C. un. ff. verum, de jure Patronatus in 6.* Similiter Ecclesiasticus in laicum, si Patronatus ex bonis Ecclesiasticis acquisitus, testamento relinquatur laicis, suppositâ beneficiarii potestate, juxta regionis consuetudinem testandi de redditibus superfluis ad causas profanas.

*Vid. Garciam p. 5. c. 1. n. 594.* Notandum hîc quoque discrimen inter utrumque Patronatum. Et primò quidem si laicus est, & patronus intra quatuor menses à die vacationis cognitæ neminem præsentat, perdit istâ vice jus præsentandi, & collatio beneficii fit libera *juxta cap. quoniam, C. cum propter, de jure Patronatus.* Sin autem sit Ecclesiasticus, sex menses à die vacationis cognitæ indulgentur, *C. un. de jure Patron in 6.* Quòd si duo sint Patroni, quorum unus sit laicus, alter Ecclesiasticus, gaudebit laicus privilegio Ecclesiastici propter societatem cum illo. *Sylv. ver. jus Patronat. q. 6.* Deinde quoties Pontifex simpliciter concedit, vel unit alteri beneficio, vel sibi reservat beneficium, ad quod Patronus Ecclesiasticus jus præsentandi habebat, censetur juri Patronatus Ecclesiastici derogatum, hoc est, jus

jus

jus præsentandi pro ista vice Patrono Ecclesiastico demptum esse: non item Patronatui laico nisi expressa & specialis mentio fiat: *Gloss. communiter recepta in Clem. 2. verb. Apostolicis, de præb.* Nec sufficit derogatio generalis: imò etiam si fiat mentio Patronatûs laici; per hoc tamen non derogatur juri, quod habent Reges, Duces, Marchiones, Comites, nisi exprimantur. *Covarr. c. 36. præf. q. n. 2. & alij:* Verû hæc intelligenda sunt de Patronatu laico, qui est ex fundatione, ædificatione, dotatione, non autem de eo, qui est ex privilegio vel consuetudine præscriptâ. Nam tali æq; ac Ecclesiastico per concessionem aut reservationem Pontificiã absolutè factam derogatum censetur, *ut cû aliis docet Azor tr. 2. lib. 6. c. 23. q. 4.* quando cum Patrono laico simul est Ecclesiasticus, non censetur derogatum juri Patronatûs, nisi id exprimatur. Quia laicus non debet sentire incommodum propter suum Compatronum, *Covarr. cit. c. 36.* Imò si hi duo inter se convenirent de præsentando alternis vicibus, & vacans beneficium in genere reservatum, per concordata aut regulam Cancellariæ ca-

dat in mensum Pontificium loco Patroni Ecclesiastici presentabit Papa; non verò loco laici, quia huic non præjudicat reservatio mensis Pontificii: *Garci. par. 5. cap. 1. n.*

*614.* Tertio, Legatus à latere potest conferre beneficium etiam sine consensu Patroni Ecclesiastici, *C. cum dilectus, de jure Patron.* non item laici, ut ex communi Glossa *ibidem.* Atque hic congruè observabis, tria esse genera Legatorum.

Quinam dicuntur Legati à latere & quot sunt genera Legatorum Papalium.

Quid si uterque Patronus variet in presentando.

Nam alii sunt Legati de latere summi Pontificis, & sunt Cardinales à Pontifice in Provinciam missi, aut ii, qui etsi Cardinales non sint, cum potestate tamen Legati à latere mittuntur: alii dativi, & sunt illi, qui cum officio ordinatio Nuntii Apostolici in Provinciam mittuntur: Alii denique nativi, sive nati, quibus ratione suarum particularium Ecclesiarum nomen, munus, & dignitas Apostolici Legati perpetuò competit, prout competit Archi-Episcopo Eboracensi, Cantuariensi, &c. Quarto, Patronus laicus potest variare, ita ut uno presentato possit dein presentare alterum. Et in hoc casu penes Episcopum erit judicare, quisnam eorum tanquam magis idoneus præ-

præ-

præferendus sit, *C. quod autem de jure Patronat.* At non Patronus Ecclesiasticus: ab hoc enim primò præsentatus, si sit idoneus, institui debet, *C. cum autem, eod. tit.* Denique Patronus laicus, si indignum præsentet, monendus est, ut alium nominet; si autem id faciat Ecclesiasticus, eâ vice jure præsentandi privatur, & fit Collatio libera. *Gloss. recepta in C. cum vos, de offic. ordinat. ver. minus idonea.* Debetur autem Patrono, qui à beneficiato omnem meritò exspectat amorem, observantiam, & gratitudinem, (nam, ut ait *Senec. lib. de benef. beneficiorum memoriâ senescere non debet*) præter jus præsentandi, honor præcipuus in sessionibus, processionibus, &c. tanquam Ecclesiæ benefactori: Item alimenta ipsi & filiis in casu inopiæ, ex redditibus superfluis juxta facultatem Ecclesiæ, & qualitatem Patroni, *C. nobis, de jure Patronatus*; Imò in hoc casu competit ipsi actio ad petenda alimenta, *Vid. Abb. in civ. cap. nobis, & alios.* Ac denique ad dies vitæ jus gerendi curam pro Ecclesiâ: ut nimirum redditus Ecclesiæ ad pios in fundatione præscriptos usus convertantur, & offi-

Aut præsentet indignum.

Quid comperat & debeat Patrono.

cia divina juxta tenorem fundationis celebrentur, *C. filiis, 16. q. 7.* Uade etiam Sacerdotem, bona Ecclesie malè administrantem, vel honestà monitione dehortari, vel Episcopo denuntiare poterit.

Optata sunt, quæ acquiruntur per liberam optionem, sive spontaneam electionem, qua antiquior canonicus ex consuetudine licite introducta vacantem Præbendam suâ relicta eligit, & sui juris facit, absque nova Collatione aut institutione. Qui optandi modus idcirco ab Ecclesia permittitur, quia per dictam optionem non mutatur jus spirituale, sive potestas exercendi muneris spiritualis, nam hoc remanet in Canonico optante; sed solum jus præcisè secundum se spectatum merè temporale, percipiendi nimirum fructus Ecclesiasticos vacantis Præbendæ, loco eorum, quos ex præhabita Præbenda ante acceperat: qui fructus, ut patet, ex se sunt quid merè temporale. Statuitur autem optare volenti spatium viginti dierum, *V. c. ult. de consuet. in 6.* Nec possunt optari beneficia in Curia vacantia, aut reservata Pontifici, quia jus ab inferiore per consuetudinē acquisitum, non

Quæ dicantur beneficia optata.

Quantum tempus concedatur ad faciendam optionem. Item, quæ beneficia

po-

po  
Ne  
mu  
opi  
ni  
&  
ber  
tor  
fit  
pri  
nat

Al

E  
pos  
Pri  
fer  
nu  
ser  
tife  
alii  
fint  
ref  
Pra  
in  
sco

potest præjudicare juri superioris, optari ne-  
 Nec Patronata, aut ex causa per- queant.  
 mutationis resignata, quia jam  
 optio fieret in præjudicium Patro-  
 ni vel resignantis, *Vid. Barb in coll. Quæ sint*  
*& Gloss. in cit. c. ult.* Denique li- beneficia  
 berè collativa sunt, ad quæ colla- libera, seu  
 tor eum, quem vult, instituit, modò liberè col-  
 sit idoneus. Et talis collatio pro- lativa.  
 priè habet speciem liberalis do-  
 nationis, & gratiæ.

---

## CAPUT V.

*Alia Beneficia sunt Papalia, alia  
 Episcopalia.*

**E**X diversa potestate & modo  
 conferendi, beneficia alia dici  
 possunt Papalia, alia Episcopalia.  
 Priora sunt, quæ à solo Papa con-  
 ferri possunt. Inter quæ primo loco  
 numerantur beneficia Pontifici re-  
 servata, quorum collationem Pon-  
 tifex ita sibi propriam servat, ut ab  
 aliis ordinariis conferri non pos-  
 sint, tametsi ignorent factam esse  
 reservationem à Papa, *C. 20. de  
 Prabend. in 6.* Hujus generis sunt  
 in primis dignitates, quæ post Ep-  
 scopatum majores sunt in Ecclesiis  
 Cathe-

Explicatur,  
 quid sint  
 Papalia, &  
 quæ per re-  
 servationē  
 Pontificiam  
 sint talia.